



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Sacramentis Et Censvris

Hurtado, Gaspar

Moretus, 1633

Dispvtatio II. De Irregularitate in particulari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94788](#)

DISPUTATIO II.

De Irregularitate in particulari.

DIFFICULTAS I.

De Irregularitate proueniente ex delicto illicite susceptionis Sacramentorum.



ONVENIVNT Doctores, eum, qui scienter baptizatur bis, & qui alium rebaptizat, & qui rebaptizanti ministrat, esse irregulares. De eo qui bis baptizatus est, constat ex can. *Eos quos de Consecratione*, dist. 4. De ministrante rebaptizanti constat ex cap. *Ex litterarum*. 2. de Apostatis, vbi etiam expressum censetur, ipsum rebaptizantem fieri irregularem eo ipso, quod ei ministras ad eum actum fit irregularis, quia ei cooperatur. Irregularitas tamen haec quadam ministrantem rebaptizanti, tantum est ut nequeat Ordines suscipere, non vero ut nequeat iam susceptos exercere, ut constat ex dicto c. *Ex litterarum*. Et idem est de rebaptizante, quia eodē Iure fit irregularis quo minister; sed eam non incurrit minister, quando crimen non est publicum, ut patet ex contextu dicti c. Idemque esse de rebaptizante contra communem sententiam Doctorum, docet Panormitanus in dictum c. quod etiam sentiunt, & non absque ratione, quia id non audeant exprimere, Suarez Tractatu de Baptismo disp. 31. sect. 6. dub. 3. Egidius n. 36. & Filiuccius, quia eterque ex eodem textu & Iure fit irregularis. Si ergo minister non fit nisi quando crimen est publicum, nec rebaptizans fiet. Qui vero rebaptizat sub conditione, si non es baptizatus, & qui absolute rebaptizat, sed absque intentione, non fit irregularis, quia neuter rebaptizat: & idem est de eo qui sic rebaptizatur, & de eo qui dictis rebaptismis ministrat.

Conuenient Secundo, baptizatum ab hereticis, & etiam rebaptizatum ab eis, esse irregulares, ut constat ex can. *Quia in qualibet*, 1. quæst. 7. qui, sicut & alij predicit, ab irregularitate excusantur ob ignorantiam probabilem, tam facti cui est annexa irregularitas, quam prohibitionis ipsius facti, & ob necessitatem, & ob quamcumque alias causam, ob quam excusantur a culpa mortali, ut diximus de omni irregularitate lata ob delictum, Disp. 1. Difficult. VII.

Addimus, adultos baptizatos in aegritudine ob periculum mortis non posse Sacerdotes ordinari, ex can. unico dist. 5. (nisi postea fides eorum bona vita probetur, aut nisi sit Clericorum inopia) qua irregularitas non incurrit ob delictum dilatationis Baptismi, sed ob defectum probatae fidei, vt deducitur ex contextu.

Ob iterationem Confirmationis & Ordinum non incurritur irregularitas, ut contra Antonium docent Auila par. 7. disp. 7. dub. 5. Courartuicias & Henriquez, quia id nullo Iure decernitur, & multò minus ob iterationem Consecrationis & aliorum Sacramentorum.

Qui Ordines furtiè suscepit, obrudendo se Episcopo pro altero, significando se esse alterum, ut qui curat alterum pro le examinari, & postea

ordinatur, quasi sit qui examinatus est, prohibetur ad alium Ordinem promoueri, in cap. 1. de Eo qui Ordinem furtiè suscepit: dispensatio tamen illius Episcopo remittitur, nisi quando fuit sub pena excommunicationis prohibitus sic accedere; quia tunc cum eo nisi iam facto Religioso & post vitam aliquamdiu laudabiliter actam, nequit Episcopus dispensare, ut constat ex dicto cap.

Ille quoque, qui post matrimonium contratum, quamus non consummatum, vxore inuita sacros Ordines suscepit, est irregularis, ut constat ex Extraua. *Antiqua concordatione*, cum quo poterit Episcopus dispensare, si postea Religionem approbatam profiteatur, ut ex eadem Extrauagante constat.

Variæ aliae irregularitates, quæ à nonnullis affectuntur ob illicitem Ordinis & aliorum Sacramentorum susceptionem, non sunt admittenda, quia non satis exprimuntur in Iure.

DIFFICULTAS II.

De Irregularitate ex illico vñsu Ordinum.

CONVENIUNT Primò Doctores, Clericum exercentem Ordinem quem non habet, esse prohibitum promoueri ad alium Ordinem, & etiam per biennium aut triennium pro arbitrio Episcopi esse prohibitum exercere Ordinem dignissimum quem habuerit, ut constat ex cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato.

Est tamen difficultas, An laicus exercens actum Ordinis sit irregularis.

Angelus v. *Irregularitas*, 1. num. 38. Sayrus c. 10. num. 6. Henriquez cap. 6. num. 1. & Bonacina disp. 7. quæst. 3. par. 6. num. 1. negant: quia titulus dictis duobus capp. affixus loquitur de Clericis usurpatibus Ordinem quo carent.

Auila vero disp. 9. sect. 2. dub. 1. & Egidius *Auila*. disp. 18. dub. 4. affirmant, & meritò: quia dicta *Egidius*.

Iura absque limitatione loquuntur de usurpatore Ordinem quem non habet, titulus autem ipsius affixus est post ipsa Iura lata, & non à ferente illa.

Vt tamen haec irregularitas incurritur, siue à Clerico siue à laico, requiritur quod Ordinem, quem usurpat, exerceat serio, ut aduertunt Auila & Egidius, & quod exerceat illum ut ordinatus, seu solemniter, id est, eo modo quo nequeat à non ordinato exerceri. Vnde laici, qui exercent Ordines minores, quocumque modo eos exerceant, non sunt irregulares, quia actus eorum Ordinem iam non censentur proprii corum; nec qui in Misla canit Epistolam sine manipulo, quamus cum dalmatica: nec qui canit Euangeliū absque stola, quamus cum dalmatica & manipulo: & addit Auila, canentem predicā cum omnibus requisitis, quamus peccet, non fieri irregularē, si id non officiat, animo exercendi eum Ordinem, sed supplendi defectum ordinati: & qui baptizat non solemniter, quamus sit laicus, & extra necessitatem, non fit irregularis, quia Baptismus priuatus non est actus ordinati ut ordinati. Tamen qui non

Auila. Egidius. Sacerdos absolvit Sacramentaliter, sit irregularis, vt contra Siluestrum & Ledesmam docent Auila & Egidius, quia talis absolvio est actus Ordinis. Qui verò finges se Parochum, assistit matrimonio, non sit irregularis, quia non exercet actum Ordinis, sed testis qualificati.

6 Conuenient Secundò Doctores, eum qui excommunicatione maiori, aut suspensione, aut interdicto ligatus exercet suprà dicto modo aliquem actum Ordinis sacri, fieri irregularis, vt constat ex cap. 1. de Sententia & re iudicata, & ex cap. Is qui. 18. & ex cap. Is cui. 20. de Sententia excommunicationis, in 6. non verò eum qui exercet actum minorum Ordinum, quocumque modo exerceat, vt contra Nauarrum & Siluestrum docent Antoninus, Auila & Egidius, ob rationem supradictam, quia ex consuetudine desierunt esse actus proprij eorum Ordinum: nec eum qui irregularitate impeditus exercet actum cuiuscumque Ordinis.

Antonin. Auila. Egidius. Varia alia irregularitates afferuntur pro censura ligatis, & specialiter pro Ecclesiastico excommunicato, qui efficit ut diuina officia coram ipso fiant, sed absque Iure expresso aut efficaci, ut Egidius aduertit num. 9.

DIFFICULTAS III.

De Irregularitate ex heresi.

7 Conuenient Doctores, haereticos etiam post conversionem non posse ad vlos Ordines promoueri, vt constat ex can. *Saluberrimum*. 1. quæst. 7. & esse inhabiles ad beneficia & officia publica, vt constat ex cap. 2. & ex 15. de Haereticis, in 6. Nomine autem officiorum publicorum non intelligitur Ordo (quamus verè sit officium & publicum) tum quia baptizatus non potest fieri inhabilis ad Ordinem, & eius ordinatio nequit esse irritab Ecclesia, vt in dictis duobus cap. de Haereticis supponitur futura collatio beneficij & officij publici; tum etiā quia prius dicitur illos esse inhabiles ad beneficia, quād ad officia publica, si nomine officiorum erā intelligeretur Ordo, prius dicerentur inhabiles ad officia quād ad beneficia, sicut collatio Ordinis præsupponitur ad collationem beneficij. Et id sensit *Sayrus lib. 6. cap. 10.* & etiam ille, qui dicto cap. 15. affixit titulum, dum pro verbo *ad officia publica*, posuit *ad officium secularē*. Et codem modo dicuntur inhabiles ad beneficia & ad officia publica receptores haereticorum, & corum fautores in his quæ pertinent ad haeresim, & descendentes haereticorum, & receptorum, & fautorum, usque ad secundam generationem inclusiū, ut dicitur in dicto cap. 2.

8 Hæc tamen inhabilitas in cap. 15. limitatur quoad descendentes ex prædictis per lineam feminam ad primum tantum gradum, & etiam limitatur quoad descendentes ex prædictis probatis fuisse tales, & non reconciliatis Ecclesiæ ante mortem, aut non emendatis, ita ut si isti non fuerunt iuridice probati haereticī, aut si fuerunt, mortui tamen sunt Catholici, aut emendati, corum descendentes non sunt inhabiles ad prædicta. Quod est verum, ut contra Aulam dub. 3. docent Henrquez cap. 5. & Egidius dub. 7. quamvis prædicti moriantur relaxati brachio seculari; quia textus absolutè loquitur, & absolute excipit descendentes

tes reconciliatorum. Nec sunt inhabiles descendentes prædictorum morientium ablique emendatione, si nati fuerunt ex eis quando erant Catholicī, & non fautores, nec receptores, vi comm nonnullos aduerit *Sayrus lib. 7. cap. 10.*

Et quamvis Doctores communiter docente, descendentes haereticorum non reconciliatorum esse prohibitos ordinari ex dictis capit. 1. & 15. ex eis tamen difficile deducitur, vt aduerit *Sayrus lib. 6. cap. 10.* quia in eis tantum dicuntur inhabiles ad beneficia & ad officia publica, quorum nomine diximus non comprehendendi Ordinem. Et ob eandem rationem difficile existimamus, fautores & receptores haereticorum, eorum descendentes esse prohibitos ordinari quia si ex aliquo Iure, maxime ex lute dictorum cap. in eis tamen tantum dicuntur inhabiles ad beneficia & ad officia publica.

Bulla autem Pauli IV. relata à Nauaro lib. 1. Consiliorum, tit. de Iudeis & Saracenis, posuit in qua descendentes ex Iudeis vel ex hereticis vel ad quartam generationem prohibentur faciūt Ordinibus initiari, & Bulla Gregorij XIII. qui id extendit ad descendentes ex Saracenis, non fuit in vlo, vt aduerit Aula disp. 4. dub. 3.

Clerici tamen conuersi ab haereti non possunt ad superiorem Ordinem promoueri, vt pater et dicto can. *Saluberrimum*. possint tamen absque dispensatione aliqua suis Ordinibus vti (quidquid nonnulli dicant) vt ex eodem can. deducuntur.

DIFFICULTAS IV.

De Irregularitate ex delictis infamib.

C Onuenient Primi Doctores, per crimina, quibus Iure Canonico, in d. & ciuitatum resistit Canonicum annexa est ipso facto infamia, vt sunt crimen leſae Maiestatis, vltra, diuill, & persecutionis hostilis Cardinalium, inueni irregularitatem, quia talibus criminibus delinqüentes vocantur infames in Iure: infames autem prohibentur ad Ordines promoueri, can. *Infamis*. quæst. 1. & etiam incurri similem irregularitatem per crimina enormia, vt per adulterium, sumum sacrilegium, & plura alia, de quibus partim generaliter, partim specialiter fit mentio in dicto & in cap. vltimo de Temporibus ordinat. quin si criminosi etiam sunt infames, non tam Iure quam facto. Imò, vt contra nonnullos docent *Sayrus lib. 48.* & *Filliuclius Tract. 9. cap. 8. quæst. 5.* etiam incurritur ob quodcumque peccatum mortale, quamvis non enorme, quia per quodcumque fit quis infamis, vt constat ex can. illi quæst. 6. quæst. 1.

Ad incurriendam autem dictam irregularitatem per dicta crimina, quibus Iure non est ipso facto imposita infamia, requiritur, quid sint notoria, siue confessione rei in iudicio, siue sententi declaratoria irreuocabili, siue notoriitate facti quod scilicet crimen ita evidens fuit maiori parviciis, aut Collegij (in quo Collegij, aut in qua vicinia ad minus habitant decem) vt nulla pollicerguerfatione celari, vt deducitur ex dicto cap. vltimo de Temporibus ordinat. dum exceptum homicidium, vt ex eo, quamvis occulito, orante irregularitas (& merito excipitur, quia ex eo etiam ratione sui, seclusa infamia, ortitur irregularitas.) Requi-

Requiritur autem dicta notorietas, ut ex eis oriatur irregularitas, quamvis absq; ea, notorietate, quan-
do sunt publica, infamia, quia id sicut expediens ad excusandas lites, & scrupulos: inò dicta notori-
etas requiritur communiter a Doctorebus con-
tra Suarez & Filliicum, ad incurram dictam irregulatatem per ea crimina quibus lura im-
posta est ipso facto infamia, & latus congruentem,
quia etiam ipsa infamia communem requirit opini-
onem, inò Ius ipsum indicatum in dicto cap.
vlt. pro his criminibus non est contentum eorum
publicitatem, sed requirit dictam notorietatem, ob
eandem rationem.

¹³ Excipimus tamen ea crimina, quibus ratione
sui, seclusa infamia, est annexa irregularitas, quia
ob hæc, quamvis occulta, incurrit irregulari-
tas; quia imponitur ob talia peccata absolute &
secundum se, & sunt talia absolute & secundum
se, quamvis sint occulta, qualia sunt homicidium
in iuventute, rebaptizatio, & ministratio Sacra-
mentorum, quando ministrans est aliquæ censuræ li-
gatus. Crimen tamen heres, quamvis non solùm
ratione infamia, sed etiam ratione sui habeat an-
nexam irregulatatem & inhabilitatem, eam non
inducit, si non sibi publicum; quia ita disponitur
Iure speciali, indicato in supradicto can. *Salubri-
num.* & in supradictis c. 2. & 15. de Hareticis,
in 6. vt contra non paucos aduertunt Henricus
cap. 8. & Auila disp. 4. dub. 2. inò Sayrus lib. 7.
cap. 11. ad id requirit in heresi prædictam noto-
rietatem.

¹⁴ Conueniunt Secundò Doctores, etiam incurri-
re dictam irregulatatem ob infamiam inflictam à
Iudice per sententiam, & etiam ob infamiam ex
publica punitione corporali, vt ex publica verbo-
ratione, & ob infamiam ex officio, aut ex qua-
cumque alia causa prouenientem, vt confit ex
dicto cap. *Infames.*

Est tamen discrimen inter irregulatatem in-
cursum ob crimina, quibus Iure ipso annexa est
infamia ipso facto, & prouenientem ex sententia
& ex publica punitione corporali, & ex officio ex
una parte, & inter irregulatatem ob infamiam
prouenientem ex delicto enormi, & (secundum
nostram sententiam) ex quo cumque peccato mor-
tali, quibus lura ipso non est annexa infamia ipso
facto, quamvis criminofus ob illa, quando sunt
publica, infamet, quamvis infamia insufficiens
ad dictam irregulatatem, quando non sunt dicto
modo notoria, quod prior irregulatitas non cessat,
nisi dispensatione superioris, aut ablatione in-
famia facta à Principe, sive saeculari sive Ecclesi-
astico, pro qualitate infamia; quia ea irregula-
ritas prouenit ex infamia, que quia lata est ob
crimen fœmel factum, aut officium semel exerci-
tum, aut ob punitionem publica fœmel inflictam,
semper ex se perseverat, & consequenter etiam ir-
regulatitas ob illam incursa: posterior vero ir-
regulatitas cessat pœnitentia, sive mutatione vita
publicè nota, vt ex dicto cap. vltimo deducitur,
quia ea vita mutatione cessat infamia ob quam
irregulatitas fuit incursa & conferuabatur, quia
solùm proueniat ex ipsis delictis, quatenus for-
tabant delinquentes, quod deletur mutatione vi-
tae publicè nota.

DIFFICULTAS V.

De Irregularitate ex homicidio iniusto,
aut ex iniusta mutilatione ex proposi-
to factis.

¹⁵ Conueniunt Primò Doctores, eum, qui ex
proposito occidit hominem, aut eum muti-
lat, id est membrum aliquod illius abscedit, esse
irregularem, vt constat ex tit. de Homicidio, in 6.
& in Decretalibus.

Dicitur autem quis ex proposito & non à casu
occidere aut mutilare, vt optimè Vasquez 1. 2. *Vasquez.*
d. 100. num. 39. & communiter Doctores ad-
uertunt, quando quis directè intendit homici-
dium aut mutilationem in ipsis, aut in causa cum
qua homicidium aut mutilatio inseparabiliter
coniungitur, vt quando quis alicui propinat vene-
num, aut apponit altam causam proximam suffi-
cientem morti aut mutilationi, praudens aut su-
spicans mortem inde aut mutilationem eventua-
ram, quia iste moraliter aquila et intendent ex
proposito, seu directè mortem aut mutilationem.

Et non solùm qui occidit aut mutilat est ir-
regularis, quando id facit solus, sed etiam quando
cooperatur cum altero ad id, quia etiam est verè
homicida aut mutilator: ac proinde, quando duo
ita percusserunt aliquem, vt vtriusque percusso-
ne fuerit occisus aut mutilatus, vtrque est ir-
regularis, quamvis neutrius percussio seorsim esset
sufficiens, quia tunc vtrque est verè homicida. Si
tamen alter ita percussit, sive leuiter sive lethaliter,
vt percussio ab eo facta non adiuverit ad mor-
tem aut mutilationem aliunde prouenientem, nec
vt citius contingat, non est irregularis. si tamen
adiuuit vt citius concingat, quamvis percussio
fuerit leuis, est irregularis, si id praeditum aut su-
spicatur est; quia tunc vere influit in mortem aut
mutilationem; qui autem cooperatur ad mortem,
percussendo saltem vt citius contingat, est irregu-
laris ex homicidio ex proposito, si id directè in-
tendit, & etiam qui cooperatur ad mortem, auxi-
liando ad eam ex intentione, sive auxilietur tenen-
do instrumentum, sive illud præbendo occidenti.

¹⁶ Ita tamen ob homicidium aut ob mutilationem
incurritur irregulatitas, vt ad eam incurram non
sufficiat voluntas efficax occidendi aut mutilandi,
non secuto effectu, in quo Doctores conueniunt;
nec sufficiat ex animo occidendi aut mutilandi
apponere medium, adhuc vulnerationem, vt con-
tra Maiolum, & alios paucos docent communiter
Doctores, quia id non est occidere aut mutilare,
ob quod tantum lata est irregulatitas. Vnde, vt
optimè Egidius disp. 18. num. 60. ille, qui ali-
quem lethaliter vulnerauit, non est irregularis,
quando sic vulneratus alius torneto aut alter dis-
cerptus ita subito occiditur, vt ratione prioris
vulneris non moriatur citius: & ita requiritur ho-
micideum ad irregulatatem, vt non sufficiat de-
structio aut abortus procuratus fœtus nondum
animatus; & ita ad irregulatatem requiritur mu-
tilatio, sive membra abfissio, vt non sufficiat effi-
cere membrum omnino inutile. Dicitur autem
membrum, vt contra Caetanum & Sotum do-
cent Nauarrus cap. 27. num. 206. Conarruias in
Clementina, *Si furiosus.* part. 3. §. 8. Egidius *Egidius.*
G g 4 disp.

disp. 18. dub. 8. & communiter Doctores, non qualibet pars, quamvis specialem habeat operationem cum membro principali, vt habet digitus, & auricula, & nafus, sed tantum illa pars, quae ratione sui habet distinctum officium in corpore, vt manus, pes, oculus, vt indicat Apostolus i. ad Cor. 12. dum de membris ait: *Omnia autem non eundem actum habent.* quia his verbis supponit, membrum esse, quod in corpore habet distinctum officium. Et id etiam supponitur in Iure, dum in cap. 2. de Clerico ægrotante, Clericus, cui dimidia palma abscissa erat cum duobus digitis, dicitur debilitatus, & habere membrum deformatum; quia his verbis indicatur digitos non esse membra, cum dicatur habere membrum deformatum, & non dicatur amississe membra, & mutilatus, quod dicitur de eo qui amiserat manum in cap. *Expositi.* 6. de Corpore viatatis. Vnde qui abscondit digitum alterius, aut alterum castrat, non est irregularis, quia non est mutilator membra: nihilominus, qui sibi abscondit digitum, imo & partem notabilem digiti, & qui se ipsum castrat, aut se castrare permittit, est irregularis, ex peculia-ri dispositione Iuris in can. 5. & 11. dist. 55.

Qui autem percurrit, & aliam apponit causam occisioni aut mutilationi, prauidens aut suspicans mortem aut mutilationem, sit irregularis effectu secuto, quamvis ante effectum penitentia facta, & conetur effectum impeditre, quia verè est iniustus homicida aut mutilator.

DIFFICULTAS VI.

De Irregularitate ex mandato, aut ex consilio, aut ex incitatione ad homicidium iniustum, vel mutilationem iniustum.

Conueniunt Doctores, cum, qui mandando, aut consulendo, aut incitando, aut sua praesentia vel alteri animando, concurrit ad iniustum homicidium aut mutilationem iniustum, effectu secuto esse irregularē, vt constat ex can. *Si quis viduam.* dist. 50. & ex cap. *Sicut dignum.* 6. de Homicidio, & ex alijs Iuribus, quia verè & positivè est reus homicidij, aut mutilationis, quoad substantiam. Id tamen non est verum (quidquid nonnulli dicant) quando absque mandato, aut consilio, aut incitatione, aut animatione alias erat faciendum quoad substantiam: quamvis aliquo ex his quatuor modis animus delinquentis fuerit auctus ad id faciendum, aut induxit ad id faciendum citius vel crudelius; quia tunc dicto modo cooperans, quamvis sit causa distincti numero actus, non influit in homicidium aut in mutilationem quoad substantiam, sed tantum quoad modum. Vnde quando multi simul aggrediuntur aliquē, si occidatur, omnes sunt irregulares, quamvis unus tantum percutiat; quia reliqui sua agressione animando & defendendo percutientem, eum adiuuarunt. quod est verum, quidquid dicat Sayrus lib. 7. cap. 4. num. 13. non tantum quando præmisso consilio, sed etiam quando subito aggrediantur, si percutiens aliorum agressione fuit animatus aut defensus: ac proinde in bello iniusto omnes milites, quamvis sint plura millia, & etiam omnes custodientes sarcinas, sunt irregulares, quamvis unus tantum occidat aut mutilet, quia

quilibet assilentiā aliorum animatur, & collaudatur. Non ergo placet Egidius nro. 9. qui, quando sunt plura millia, id tantum limitat ad quinquaginta, vel ad centum ex circumstantia bus occidentem aut mutilantem.

Ille autem qui suaderet absque auxilio & cooperatione mutilationem ei qui intendebat occidere, ut non occidat, non est irregularis, adiuc secum effectu, vt aduerteret communiter Doctores, qui tunc non peccat. Et idem est, quando suaderet intentionem occisionem ei qui crudeliorem intendebat patrare.

Addimus contra Nauarrum cap. 27. num. 23. & contra Egidium disp. 18. & contra plures alios, ut optimè Vasquez 1.2. disp. 100. n. 45. & Henr. quæz c. 16. mandantem, aut consilientem aliquem ut occidat alterum (& idem est de mutilatione) non esse irregularē, adiuc ex homicidio caſu, etiam mandatarius, aut consultarius, seu consilium accipiens, occidatur ab altero quem inuidat, quia in luce non est lata irregularitas, nisi ob mandatum aut consilium, quo quis mandat aut consilium aliquem, ut vel se ipsum vel alterum occidat, secuto effectu. In praesenti autem casu mandans aut consilens non mandat nec consilient inuidentem occisionem ipsius, sed alterius, sicut nec mandatarius aut consultarius se ipsum occidit (quamvis constitutatur in occasione & periculo ut occidatur ab altero, & ob id peccet contrititudinem, quando id timeret prudenter) quia vel non apponit causam ex se ordinatam ad homicidium, & independentem à voluntate aliena, quod erat necessarium ut diceretur se ipsum occidere.

Obseruandum est, ut aduerterit Egidius disp. 14. num. 180. mandantem, & etiam consilientem, quia ita efficaciter reuocat mandatum aut consilium, ut mandatarius aut consultarius iam non mouatur mandato aut consilio, non incurare irregularitatem ob homicidium aut mutilationem, faciat à mandatario aut à consiliario, quamvis mandatarius aut consultarius id perpetraret, motus vel quia iam id semel decreuit, vel alio motivo; quia tunc mandatum aut consilium non influit in delictum (quamvis fuerit aliquis occasio, quando fit, quia semel decreatum fuit) quia tunc delictum non procedit ex voluntate illa, cuius ipse mandans aut consilens fuit causa: autem mandans reuocat efficaciter mandatum superadiecto modo, nempe ut exinde non mouatur, quando mandatario serio notificat reuocationem, qui in mandato agitur res mandantis, & in gratiam, & vt ei placeatur; ac proinde cognitio opposita voluntate mandantis, eius mandatum definit esse & mouere. Consilens vero regulariter (quamvis non temper) reuocat efficaciter consilium superadiecto modo, quando sufficienter impugnat rationes, quibus persuasit, aut opponit simpliciter, vel rationibus suadendō, si implaciter consilio absque ratione persuasit. Quod si mandans aut consilens nequeat efficaciter reuocare mandatum aut consilium, erit irregularis, efficietur secuto, & ante executionem effectus tenebitur ei infirmita ad cauendam effectum, nempe mortem aut mutilationem, sive monendo eum cui immittere periculum, sive aliter, ut fugiar damnum quod ipsi imminet.

DIFFICULTAS VII.

Vtrum ob ratihabitionem homicidij (& idem est de mutilatione) incurritur Irregularitas.

25 **P**rocedit haec difficultas de ratihabitione homicidij facti nomine ratihabentis, seu in gratiam illius, quia aliter certum est non incurri.

Nauarrus. Nauarrus cap. 27. num. 233. quem non pauci sequuntur, partem affirmatiuam tuerit, quia dicta ratihabitione retrotrahit, & aequiparatur mandato, ut constat ex Reg. 10. Iuris, in 6. sed ob mandatum homicidij incurritur irregularitas, ergo etiam ob dictam ratihabitionem.

Courartuianus. Courartuianus vero 2. part. §. 1. num. 4. (quem sequuntur Henriquez lib. 14. cap. 16. & Egidius dip. 18. num. 72.) partem negatiuam tradit, & meritò: quia ratum habens homicidium non est causa illius, cum supponat illud iam factum; irregularitas autem haec tantum est contra eos qui sunt causa homicidij.

26 **Q**uod autem in dicta Regula 10. dicitur, ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari, est verum quod culpam; & ideo etiam potest ei comparari quod penam, si superior velit, ut verè voluit respectu percussione Clerici facta in gratiam ratihabentis, quoad penam excommunicationis, in cap. *Cum quis.* 23. de Sententia excommunicationis, in 6. quoad penam vero irregularitatis non est ita praescriptum in Iure.

DIFFICULTAS VIII.

De Irregularitate ex homicidio, aut ex mutilatione iniusta à casu factis.

27 **I**lle dicitur à casu & præter intentionem occidere aut murilare (quamvis voluntariè) quando id non intendit directè, nec vulnus causam cum qua inseparabiliter coniungitur, sed quando vult causam ex qua euenit mors aut mutilatio contingenter & separabiliter, & non appositam ex intentione mortis aut mutilationis.

Conveniunt Doctores, ob homicidium casuale (& idem est de mutilatione) quando est voluntarium (id est, quando est præsumum in causa, saltem ex suspicione, & non fuit adhibita prudens diligentia) incurri irregularitatem, ut constat ex cap. ultimo de Homicidio, in 6. & ex alijs capitulis de Homicidio, in Decretalibus, quamvis occidens alias det operam rei licite, & non incurri irregularitatem, quando occidens habuit ignorantiam aut inadvertitiam inquinibilem, aut probabilem, & homicidium fit dando operam rei alias licite, ut constat ex cap. *Dilectus.* & ex cap. *Significasti.* 16. & ex cap. *Ioannes.* 23. de Homicidio.

Est tamen difficultas Primo, An incurritur irregularitas ob homicidium factum omnino à casu, seu omnino ignoranter, saltem probabiliter;

quando factum fuit dando operam rei alias illicitæ, ut illicite venationi.

Caietanus. 2. 2. q. 64. art 9. *Silvester v. Homicidium.* 2. num. 2. quos non pauci Iuristi sequuntur, partem affirmatiuam tuerit; quia in dictis capp. *Dilectus.* & *Ioannes.* dicitur, ob quædam homicidia omnino casualia, de quibus in eis fit mentio, non fuisse incursum irregularitatem, cum non fuerint facta dando operam rei illicitæ; ergo à contrario sensu, si fuerint facta dando operam rei illicitæ, incursa esset irregularitas, quod Nauarrus cap. 27. num. 237. limitat, ut sit verum, quando fit homicidium omnino à casu, dando operam rei illicitæ ex se tendenti ad homicidium, ut dando operam iniusta verberationi, aut alij percussione iniusta, ut deducitur ex cap. vlt. de Homicidio, in 6.

Henriquez. Henriquez vero lib. 14. cap. 15. & *Egidius.* num. 80. partem negatiuam tradunt, quam insinuat Vazquez 1. 2. dip. 100. num. 39. & disp. 124. *Vazquez.*

cap. 2. & meritò: quia, ut dicitur in cap. *Isquis.* 18. de Sententia excommunicationis, in 6. irregularitas non incurritur, nisi in casibus Iure expressis, in nullo autem Iure expressum est, homicidiam esse irregularem, ob homicidium omnino casuale, quamvis factum dando operam rei illicitæ, etiam ex se tendenti ad homicidium, quia in duobus dictis capp. *Dilectus.* & *Ioannes.* adductis ab aduersariis, tantum definitur, non esse irregularē ob homicidium omnino casuale factum, non dando operam rei illicitæ, incurri irregularitatem; tum quia id non addit absque causa, sed ob duas, nempe & quia in casibus sibi propositis ita contigit, & supponebatur; & quia, iuxta doctrinam omnium, certum erat, tunc homicidium non imputari ad culpam: tum etiam, quia argumentum à contrario numquam est efficax, præterim in materia odiofa, quia potius est restringenda quam amplianda, & maximè in materia irregularitatis, quam constat non incurri nisi in casibus Iure expressis. Et in cap. illo ultimo, adducto à Nauarro pro sua limitatione, in quo est sermo de homicidio causato ex verberatione ex se tendente ad homicidium, non est sermo de homicidio omnino casuali, sed formidato, seu suspicito, quia est sermo de homicidio fecuto ex verberatione, quam quidam mandauit fieri, & ex qua timuit posse sequi homicidium verberato; quia verberantibus præcepit ut ita eum verberarent, ut non occiderent. Illis ergo verbis dicti cap. & inde debitis cogitare posse homicidium euenire, non significatur, id non aduertisse seu cogitasse, aut timuisse, cum præceperit verberantibus ut non occiderent, sed non ita prædictè & efficaciter cogitasse, ut curaret de præcauendo periculo homicidij, quod timuit posse euenire.

Ratio autem, ob quam ob homicidium omnino casuale, cuius scilicet nulla præcessit suspicio aut dubitatio, ut euenire potest, quamvis factum dando operam rei illicitæ, adhuc tendenti ex se ad homicidium, non incurritur irregularitas, est, quia ob homicidium, quod aliquo modo saltem indirectè non est voluntarium seu libegum, non incurritur irregularitas: homicidium

634 DISP. II. De Irregularitate. DIFFIC. VIII. IX. & X.

dium autem omnino casuale, cuius nulla præceſſit ſufpicio nec dubitatio, vt euenire potest, quamuis ortum ex actu illico, adhuc ex le tendente in illud, nullo modo eſt voluntarium, cūn nulo modo ſit præcognitum nec in ſe, nec in ſua cauſa, cognita ſaltem ſufpicioſe vt cauſa.

Nauarrus. Id verò quod addit Nauarrus cap. 27. num. 223.

nempe eum, qui percuſſit aliquem non letaliter, fieri irregularē, ſi mors ſequatur, quamuis ex malo regimeſe infirmi, aut ex imperiū Clu- rurgi, falſum eſt, vt aduerunt Suarez disp. 45. ſect. 6. & Egidius num. 86. quia quamuis percuſſio illa ſit occaſio, vt ex intemperantia, aut ex labore percuſſit, aut ex vento, corrumpentibus vul- nus, aut ex medicamine noſciuo applicato, percuſſus moriatur, eſt tamen occaſio adeo remota, vt ob eam non dicatur percuſſio occidiſſe, nec proximè iuuaſſe ad mortem, ſed tantum dicatur dediſſe occaſionem remota, & ex ea mortem fuſſe origi- natam. Nihilominus qui vulnus non letale inſixt alieui, dicitur occidiſſe partialiter, ſeu iuuaſſe ad mortem, quando aliud ex fe non letale ab alio inſixtum ſuperuenit, & ex utroque vulneratus mori- tur: in dō quando ſuperueniens eſt ex fe letale, ſi prium iuuaui ad ciuitas moriendum; & ideo vterque eſt irregularis, ſi uterque quando vul- nauit, timuit poſſe inde mortem eueniare.

Sayrus. Id tamen quod addunt Sayrus lib. 7. cap. 4. &
Auila. Aula disp. 6. ſect. 3. dub. 2. nempe cum eſt ir- regularē, qui præbet arma ſciens, aut tiuens eſte ad iniuſte occidendum, quamuis verum exiſtimemus, quando ea præbet ex intentione homi- dij, quia tunc vere dicitur occidere iuuanus ad illud, in dō id pertinet ad homicidium ex proposito, quia aſſumti medium viile ad occidendum ex intentione occidendi, id tamen difficile exiſtimamus, quando ea præbet abſque intentione homi- dij: quia tunc non dicitur occidere, nec ad id iuare, quia tunc tantum tribuit arma quibus occi- diens poſſet bene & male vt abſque intentione mali vtus, quod non pertinet ad homicidium abſque dicta intentione; quia ita eſt utile ad homici- dium, vt etiam ſit utile ad alia bona; & ad ſum- mum id tantum eſt peccatum ſcandali paſſuī, & contra iuſtitiam ſecundarię, & non obligans ad reſtitutionem damni.

DIFFICVLTAS IX.

Vtrum ob permissionem homicidiij (ut idem eſt de mutilatione) incurratur Irregularitas.

Couarrus. Conueniunt Doctores, non eſt irregularē eufa, qui permiſſit ſeu non impedit homici- dium, quando non tenetur impedit, vel quia non potest impeditre, aut quia, ſi potest, non potest abſque graui incommodo, vel aliter. Eſt ergo difficultas, An ſit irregularis, quando impedit te- netur, quia potest, & abſque graui incommodo, & abſque alio titulo excufante.

Non defun, qui generaliter affirmit, cum eſt irregularē, quamuis permittat, ſeu non impedit abſque dolo (id eſt, abſque defiderio homicidiij) quia tunc permittenti ſeu non impediti homi- dium eſt voluntarium. Id tamen limitant Co-

uarruuias 2. par. §. 1. num. 2. & Angelus v. Homici- dium. 1. num. 17. vt tantum ſit verum, quando non impedit ex dolo; Auila verò disp. 6. ſect. 3. dub. 7. id limitat, vt tantum ſit verum, quando non impediens tenetur ex iuſtitia.

Antoninus verò 3. par. titul. 2. cap. 2. Taberna- v. Irregularitas. 1. §. 2. & Vafquez in manuſcrip- dium iniuſtum, non eſt irregularē, etiamne- neatus ex iuſtitia, & quamuis ex dolo non impedit, & merito: quia etiamli ille non impedit moraliter & voluntari in homicidium, & ſit cauſa moralis ſeu voluntaria homicidij, quod non impedit; non tamen eſt cauſa poſitiva paine inſluens, nec opere aliquo, nec auxilio, nec conſilio: in Iure autem non fertur irregularitas, ni contra verē & poſitivę, homicidas faltem, conſilio aut animatione, non contra non im- pedientes homicidium. Quod etiam eſt verum, quamuis occidens id efficiat ad vindicandam iuriā illatam non impediti, quamuis non con- tradicent verbis ei qui occidit; quia etiam uno permittens ſeu non impediens non inſluat po- ſitivę.

DIFFICVLTAS X.

Vtrum ob homicidium neceſſarium, ſeu in deſenſionem factum, incurratur Irregularitas.

P Oſt Clementinam Si furiosuſe de Homicidio, conueniunt Doctores, cum, qui ſe inuadent, occidit pro deſenſione propria vita cum mo- deramine inculpatे tuerela (id eft, quando occide- re inuadentem eſt neceſſarium ad deſenſionem propria vita) non eſt irregularē, vi conſatu- d. Clementina, quia tunc licet occidit: quod eft verum, etiamli inuadens ſi furiosuſe & mente ca- pitus, quia etiam tunc licet occidit. In Tridecimo verò leſſ. 14. cap. 7. de Reformatione, vbi ip- ponitur, ob homicidium factum in deſenſionem propria vita, incurri irregularitatē, in- tum eſt ſermo de homicidio in deſenſionem ad ipſam non neceſſario, ac prouide grauer culpabili.

Prædictam doctrinam veram exiſtimamus, quamuis occidens dederit occaſionem alieni vi ipſum inuadat, vt adulterando cum uxore inuad- dentis, aut ei dicendo verbum contumeliosum, vt contra Nauarrum lib. 5. Consiliorum, con- ſilio 33. & contra alios docent Sotus 5. de iuſ- titia, quæſt. 1. art. 5. & Aula disp. 5. ſect. 3. dub. 1. quia etiam tunc occidens licet occidit, ſi nequit aliter te defendere: ob homicidium autem licet à priuata perſona factum non in- currit irregularitas, vt optimè aduerit Co- uarruuias parte 3. §. vnico, & Suarez vbi in- ſect. 3. & Egidius disp. 18. dub. 9. quia licet ſe. Quid pendit.

Quam doctrinam etiam veram exiſtimamus, quamuis homicidium tantum ſit in deſenſionem propriorum bonorum temporalium, ſine ho- noris, ſive diuitiarum magni momenti, aut vita innocentis, vt contra Auilam dub. 4. & contra Nauarrum docent Suarez disp. 46. ſect. 2. quia licet ſe. Quid

37

Quod si ob homicidium factum in defensionem proprietorum bonorum magni momenti, non incurrit irregularitas, quia licitum est; multo minus incurrit, quando fit ne occidens mutetur, aut aliter grauiter vulneretur, quia tunc non minus licet fit. In dicta vero Clementina tantum declaratur esse immune ab irregularitate homicidium factum in defensionem propriæ vita, quia id esse licitum, erat certum apud omnes.

Observandum est, ut benè Suarez & Aegidius, occidentem, qui non potuit euitare occisionem inuidentis iniuste, nisi fugiendo magno cum decoro (ut soleret esse sacerdotibus non Ecclesiasticis, praesertim Nobilibus) non esse irregularem; quia tunc non teneret cum tanto detimento proprio vitare mortem inuidentis, nisi quando inuidus dedit causam grauem inuasioni, ut quando adulterio aut verbis consumelia incitauit inuidatum ad inuasionem.

DIFFICULTAS XI.

De Irregularitate ex defectu lenitatis in Iudice, & in eius Officialibus.

38

Conueniunt Doctores, Iudicem proferentes sententiam sanguinis (id est mortis, aut mutilationis) & omnes ministros iustitiae ad eam publica anterioritate cooperantes, ut accusatore, testimoni, & Tabellionem, fieri irregulares sententiæ executioni mandata, ut supponitur in can. 1. dist. 51. & in cap. 3. Ne Clerici vel Monachi, in 6. & in cap. 2. de Homicidio, in 6. quod etiam ex viu & proximi communi constat: & etiam omnes alios ministros ad executionem sententiæ physice concurrentes, ut sunt lictores, & focii struentes ad comburendos viuos, ut deducitur ex dicto canonice, & constat ex communi praxi & usu.

39

Illi tamen qui vendunt aut donant ligna ad viuos comburendos, & gladios, & funes, & alia instrumenta ad interficiendos delinquentes, non sunt irregulares, nec qui furcam erigit, ut aduerterit Aegidius num. 92. nec famuli qui a Notario dictata scribunt; quia nullus ex predictis concurrit ad predicta iniuste, neque ut minister iustitiae. Quod etiam verum existimat de eo, qui donat aut vendit arma militi eunti ad bellum. Et idem docet Sayrus lib. 6. cap. 16. de famulo, qui attulit equum ministro iustitiae, afflociatio reum ad locum mortis; quia scilicet neuter ex dictis concurrit iniuste, neque ut minister publicus, seu iustitiae. Et ob eamdem rationem, qui sive voce, sive punione, sive percussione instigat iumentum quo interficiendus velutur, non fit irregularis, quamvis ex eo mors acceleretur, ut aduerterit Henriquez lib. 14. cap. 12. num. 7. & quamvis id ex plena aduentoria efficiat, quia tunc non concurredit accelerationem ut minister publicus iustitiae, sed ut priuata persona, & non iniuste; irregularitas autem ex homicidio non incurrit ob concursum ad illud, nisi aut factum à ministro publico, quamvis iniuste, aut factum à persona priuata iniuste. Et ob eamdem rationem de Confessario, & de quocumque alio consiliente penitentem, Iudicem, & quemlibet alium Officialem publicum, etiam executorem, ut concurrant, & citio, ad interfectionem delinquentis, dicendum est non

40

esse irregularem, etiam si Confessarius neget illis absolutionem, quia non concurrunt quando tenentur; & multo minus fieri irregularem Praedicatorum exhortantem Iudices ut puniant delinquentes. Idem quoque dicendum est de quolibet alio idem consiliente, non ut afferre, & de quocumque alio priuatum non iuridice potente a Iudice ut occidat aliquem delinquentem: quod mihi interroganti respondit Valsquez. In dicto Valsquez.

enim can. 1. & in alijs liribus, in quibus fit mentio dictæ irregularitatis, tantum est sermo de Iudicibus & alijs Officialibus concurrentibus ad occasionem aut mutilationem, ut publicis personis, & ministris iustitiae.

Id vero quod addit Aegidius num. 96. nempe testem praecetto Iudicis obligatum, aut graui metu coactum ad testificandum, non fieri irregularis, falsum est, ut optimè Auila disp. 5. sect. 2. dub. 12. quia absque fundamento sufficiente excipitur testis ab irregularitate in eis casibus, & etiam in alijs, in quibus lura naturali tenetur (quidquid in his dicat Auila) quia quamvis in omnibus praedictis casibus non reperitur in teste defectus lenitatis formaliter, quia id efficit obligatus aut coactus, reperitur tamen defectus lenitatis materialiter, & indecentia, ob rigorem per se & ex obiecto repertum in cooperatione ad mortem, intuitu cuius indecentia latet est dicta irregularitas: sicut etiam fieret irregularis Iudex sua sententia interficiens, aut mutilans, quamvis obligatus & coactus assumeret officium, & ferret sententiam.

Nihilominus accusator excusat ab irregularitate, quando accusat ob lassitudinem factam in propria persona, aut in proprijs bonis, si ante sententiam protestetur, se non accusare ad vindictam, ut deducitur ex dicto cap. 2. de Homicidio, in 6. Et idem est, ut aduerterit Aegidius, quando accusator ob lassitudinem factam eis qui sunt ipsi commissi, aut ei sunt ita propinquai, ut eorum iniuria ad ipsum pertinere censeatur, quales sunt parentes, filii, & fratres: quod etiam est verum, quamvis protestans in eo mentiatur, & vere velit vindictam & interfectionem accusati, quia in lura ad excusationem tantum requirit protestatio, quæ non excusat in teste, nec in alijs Officialibus, quia in lura id tantum decernitur pro accusatore.

Clericus tamen habens iurisdictionem temporalem, non fit irregularis ex eo quod constituat Iudicem pro causis seu criminibus capitalibus, siue in generis pro omnibus, siue in particulari pro aliquo, adhuc in individuo, quamvis sequatur mors, ut constat ex dicto c. 3. Et idem est, & multo verius, de Principe laico: quia Clerici quoad hoc non sunt magis exempti quam laici. Nec sunt irregulares Ecclesiastici, qui aliquem degradatum, aut hereticos condemnatum, tradunt brachio seculari, ut deducitur ex cap. Nom. 27. de Verborum significacione, ac proinde eorum Officiales multo minus sunt irregulares, quia multo minus cooperantur quam ipsi Iudices tradentes.

Observandum est, quod quamvis Iudex iuste mutilans sit irregularis, non tam Medicus aut Chirurgus, quamvis iuxta artē mutilat, & quamvis ex eo, aut ex alia curatione, præter intentionem eueniat mors, quamvis sit Clericus; quia irregularitas late est pro Iudicibus, non pro Medicis aut Chirurgis, quamvis Clericis, etiam si Clericis in

636 D I S P . I I . De Irregularitate. D I F F I C . X I I . & X I I I .

in laciis constitutis prohibitum sit artem chirurgiae exercere adurendo vel incendo, in cap. *Sententiam sanguinis*. 9. Ne Clerici vel Monachi. Medicus tamen aut Chirurgus sit irregularis ex delicto, si culpabiliter culpa mortali ex imperitia, aut ex negligencia occidat positivè, aut mutiler.

D I F F I C U L T A S X I I .

De Irregularitate ex defectu lenitatis in milite.

C Onueniunt Doctores, eos, qui in bello iusto offensiō propria manū occidunt, aut mutilant, esse irregulares, ut supponitur in cap. *Perito*, 20. de Homicidio; non verò eos qui propria manū id non efficiunt, quāmuis pugnent, & sint Clerici, ut supponitur in codem cap. etiam si Clericis prohibitum sit pugnare, ut constat ex 23. quæst. 8. can. 6. non tamen est illis prohibitum exhortari milites ad pugnandum, ob quod, etiam seculo effectu mortis, non sunt irregulares, ut supponitur in dicto cap. *Perito*. quia id tantum est animare & exhortari milites, qui sunt publici ministri ad exequendas vindictam, quod non est cooperari ut instrumentum publicum, nec illicite cooperari ut personam priuatam.

Addidimus, *in bello offensiō*; quia in bello merē defensio patria, ob interfectionem, adhuc factam à Clericis, propria manū, non incurrit irregularitas: imò in eo bello non est prohibitum Clericis pugnare, nec occidere, ut deducitur ex c. 2. de Immunitate Ecclesiasticarum.

Addidimus etiam, *in bello ins̄to*; quia in iniusto omnibus pugnantes, aut animantes, aut exhortantes ad pugnam, quāmuis non interficiant propria manū, sunt irregulares, si ex suo delicto sequatur mors aut mutilatio in aduersariis, quia verè cooperantur ad iniustum homicidium aut mutilationem. Et ob eamdem rationem sunt irregulares, qui conducent milites ad tale bellum, quidquid dicat Villadiego; & etiam qui custodiunt sarcinas, quia sic custodiendo expediunt milites qui interficiunt; non verò qui assistunt ob aliquam honestam causam, videlicet ut pacem componant, vel ut confessiones audiant, vel ut carent infirmos, etiam si ex eo per accidentis animus militum augeatur.

D I F F I C U L T A S X I I I .

De Irregularitate ex defectu Sacramenti.

B Igamia est nuptiarum seu matrimonij duplicitatio, quæ dicitur defectus Sacramenti; quia bigamus non perfectè repreäsentat Christum qui est vir viñus tantum Ecclesia. Est autem triple bigamia, alia vera, alia interpretativa, & alia similitudinaria; & ob quamlibet ex eis incurrit irregularitas, ut constabit ex dicendis.

Vera ergo bigamia contingit, quando quis validè contrahit matrimonium cum duabus: & hanc bigamiam inducere irregularitatem, constat ex toto tit. de Bigamis.

Bigamia verò interpretativa (quæ dicitur *interpretativa*, quia Iure ipso censetur defectus in matrimonio sufficiens ad inducendam irregularitatem) contingit. Primò, quando quis contrahit

cum priùs cognita carnaliter ab altero, ut constat ex can. *Curandum* dist. 34. vbi prædictus dicitur irregularis. Secundò contingit, quando Clericus cognoscit vxorem suam, postquam ipsa committit adulterium, ut constat ex can. *Si eius vivere* ex can. *Si laici vivere* dist. 34. vbi decernitur irregularis, & etiam laicus cuius vxor reprehensa fuit in adulterio, aut fuit evidenter probata adulteria. Tertiò contingit, quando quis verum & validum contrahit matrimonium, & postea constitutus in facris contrahit secundum matrimonium, quia uis inuidiæ, ut constat ex cap. *Nuper*, 4. de Bigamia, vbi decernitur irregularis, nisi quando secundum matrimonium est nullum defectu confessus seu intentionis, ut deducitur ex ipso contextu: quam irregularitatem communiter Doctores extendunt etiam ad laicum, sed ab aliis, expresso Iure, ob quod *Egidius* num. 101. sentit, quāmuis inuidiæ, laicum inuidiæ contrahentem secundum matrimonium, non esse irregularis. Quanto contingit bigamia interpretativa, quando confitimus in facris contrahit matrimonium cum viuā, quāmuis inuidiæ, ut constat ex cap. *vñm. de Bigamia*, vbi decernitur irregularis; quod non pauci extendunt ad matrimonium inuidiæ laicum viuā, aut cum non viuā corrupta, immixtiō tamē, ut aduertunt *Henriquez* lib. 12. c. 1. *Iure* exprimitur de laico.

Bigamia similitudinaria (qua non est vera, nec interpretativa) contingit, quando quis post viuā solemne castitatis contrahit matrimonium, quāmuis cum virgine, ut constat ex can. *Quoq. 17. quæst. 1.* vbi decernitur irregularis. Dicitur *similitudinaria*, quia assimilatur verē, que constituitur ob duplex matrimonium, quia per viuā solemne castitatis quadammodo contrahit matrimonium (p̄ rituale cum Deo); hac autem bigamia & irregularitas tantum habet locum in religioso, & non in seculari facris initato, vocata *Suarez* disp. 49. sect. 6. & contra *Egidium* adiungunt non pauci; tum quia in dicto can. *Quoq. 17.* vbi inducitur, tantum est sermo de Religione, tum etiam, quia alias superflue seculariis in facris constitutis apposita est et irregularitas in dicto cap. *Nuper*, quando post viuā matrimonium validum ante ordinationem contrahit, post ordinationem contrahunt alii; quia non nullum matrimonium non est nec sacerdotium, nisi regularitatē, quia sufficeret contrahere post ordinationem; & etiam superflue apposita est et irregularitas in dicto cap. *vñm.* quando post ordinationem contrahunt cum viuā; quia ad hanc irregularitatē ex bigamia similitudinaria sufficit contrahere cum virgine, ut pater in dicto can. *Quoq. 17.* Vtque tamen tam seculariis in facris, quam Religiosi, qui matrimonium contrahit, incurrit excommunicationē latam ipso factam in *Clementina* viñca, de *Confangunt*, & affinitate.

O bseruandum est, nullum fieri bigamia & irregularē, ex eo quod contrahat matrimonium, nisi consummetur; nec ex eo quod contrahat eum ea quæ fuit altera nupta, nisi etiam fuerit cognita ab illo altero copula sufficiente ad consummationem, ut constat ex cap. *Debitum*, 5. de Bigamia, & ex alijs Iuribus in quibus fertur irregularitas ad consummationem autem matrimonij requiri, ut intromissio feminis intra matricem feminam.

49 Quia verò irregularitas hæc incurrit ex eo, quod quis contrahat bis, aut contrahat semel cum corrupta ab altero, aut ex eo quod cognoverit propriam vxorem post adulterium ab ipsa commissum; ideo ad dispensationem pertendam non est necessarium explicare ter aut quater fuisse contractum, aut illud factum, vt aduentunt Aula & Egidius; & quia hæc irregularitas non est ex delicto, sed ex defectu, ideo non excusat ab ea irregularitate, qui contrahit cum corrupta ab altero, nec qui propriam cognoscit post adulterium, quamvis ignoret corruptionem & adulterium, quidquid dicat sà v. *Irregularitas ex bigamia.*

Incurrit autem hæc irregularitas, quamvis causa bigamia sit ante Baptismum incepta, imò & completa, vt constat ex can. *Si quis viduam. distinct. 34.*

Obleruandum est, irregularitatem secularis in sacris, & Religiosi contrahentium supradicto modo, non esse ex defectu, sed ex delicto, vt indicatur in dictis cap. *Nuper. & ultim. de Bigamis.* & ex se constat, & ideo ab ea poterunt excusari omnibus quibus actus, ob quem fertur, potest à mortali peccato exculari.

DIFFICULTAS XIV.

De Irregularitate ex defectu corporis.

50 Conueniunt Primo Doctores, eum, qui ad eò defectuosus est in corpore, aut est ad eò deformis, aut morbo ad eò fœdo affectus, vt nequeat Ordines exercere, siue absolute, siue sine periculo abutendi, siue sine scandalo, seu nota, siue sine horrore aliorum, esse irregularē ad suscipiendos Ordines, & post ordinationem ad eum vsrum, ad quem est ineptus, vel quem nequit secūrè, vel sine nota, vel sine horrore exercere, ita constat ex titulo de Corpore viatis, & ex titulo de Clerico agrotante, & ex distinctionibus *36. & 55.*

Prædicto autem modo defectuosus est irregularis ad omnes Ordines suscipiendos, & non tantum ad eum ad cuius usum est defectuosus, vt contra *Egidium dub. 13. & contra Valentiam docent Toletus libro 1. cap. 63. & Aula disputatione 3. dub. 1.* & deducitur ex can. *Illsteratos.* distinct. *36.*

Vnde carens pollice est prædicto modo irregularis, quia absolute non potest celebrare, & qui habet digitos ad eò debiles, vt sine periculo nequeat hostiam aut calicem eleuare; & qui caret oculo aliquo, aut nafo, aut est nimis gibbosus, quia nequeunt absque graui nota ministrare: & ob eamdem rationem qui caret visu sinistro, si nequit nisi turpiter ad Missale conuerti, & qui est nimis leprosus, quia iste nequit absque graui horrore ministrare.

Circa hermaphroditum conueniunt Doctores, eum, in quo præualet sexus femininus, esse irregularē, quia credi potest ex Christi institutione esse incapacem characteris, sicut feminam; quia non est simpliciter vir, sed tantum secundum quid; & idem creditur de eo in quo eterque sexus censetur aequalis; quia est vir

secundum quid, sicut & femina secundum quid. Est tamen difficultas, An is, in quo præualet sexus virilis, qui creditur capax characteris, sit irregularis.

Henriquez lib. 14. c. 8. & Aula disp. 3. dub. 5. docent esse irregularē, ob monstruositatem. Toletus verò ubi suprà, & Turrecremata docent, non esse irregularē, & meritò, quia ex nullo iure de- ducitur. Quod autem sit monstruosus, non obstat; quia quamvis sit talis, & publicè notus, potest absque graui nota ministrare, sicut potest eunuchus à natura, & qui in pede habet sex digitos.

Conueniunt Secundò Doctores, priuatum testiculis & virilibus (quamvis ea non deferas secū) & quacumque alia parte corporis, adhuc membro, non esse irregularē, si alias defectus non impedit usum Ordinis, aut securitatem in eo, nec afferat notabilem deformitatem, vt constat ex cap. 3. 5. & 7. de Corpore viatis, & ex aliis Iuribus.

Quod est verum, vt aduerterit Egidius nu. 108. *Egidius.* licet quis patiatur eos defectus sua culpa a Judice, aut à marito vxoris cum qua inuenitur, aut alter; secū est quando quis virilia, aut testiculos, aut membrum sibi abscindit, aut propria sponte sibi abscindi permittit, vt constat ex canone vndecimo, distinct. *55.* imò & qui partem notabilem digiti aut alicuius membra sibi abscindit, aut sibi abscindit permittit, vt contra Sotum *5.* de Instituta questione 2. artic. 1. docent communiter Doctores, & constat ex canonibus quinto & vndecimo, distinct. *55.*

Conueniunt Tertiò, eum, cui deficit artas à Iure requisita, non posse ordinari, vt patet, nec posse Ordinem ante eam atrarem, quamvis bona fide suscepimus, exercere, quia suscepito Ordinem in ea atate prohibetur, vt exactè & decenter exercantur; ac proinde etiam exercitium prohibetur, & generaliter eo ipso quod alicui ob aliquem defectum, aut crimen prohibitum est aliquem Ordinem aut aliquos suscipere, etiam ei prohibatum cum Ordinem aut eos exercere (nisi quando in Iure oppositum significatur) quia Ordinis suscepio prohibetur ob ipsum Ordinem usum seu exercitium.

DIFFICULTAS XV.

Utrum qui fuit à dæmoni arreptus, aut in furiam incidit, sit irregularis.

53 Conueniunt Doctores, eum qui semel fuit à dæmoni arreptus, aut in furiam incidit ex cerebri indispositione, num quam posse ordinari, etiamsi liberetur, vt constat ex canonibus tertio, quarto, & quinto, distinct. *33.* secū est de phrenetico aut furioso ex vi morbi, aut vulneris, aut iræ, transuentum, quia isti statim ac desinunt esse tales, nullatenus sunt irregularē, vt aduerterit Aula disputat. *3. dub. 4. & Egidius dub. 13.* *Aula.* imò nec qui morbo caduco laborat, quando presentis accidentis que impeditus usus Ordinis, quia tunc morbus iste non expedit periculoabutendi Ordine.

Quod si quis post ordinationem à dæmoni arripiatur, nequit ministrare, nisi sit omnino liber,

H h &c

638 DISP. II. De Irregularitate. DIFFIC. XVI. XVII. & XVIII.

& post vnum annum discretione Episcopi inuenitus sit liber, vt decernitur in can. 3. distinct. 33.
Qui verò post ordinacionem incidit in furiam ex cerebri indispositione, aut in morbum caducum, poterit ministrale, si possit absque periculo cadendi: imò quamvis sit aliquod periculum, si raro cadat, & non euomat spumas, poterit, adiuncto locio qui possit Missam perficere, si forte post consecrationem inceptam corripatur morbo.

DIFFICULTAS XVI.

Vtrum illegitimus sit irregularis.

C onueniunt Doctores, illegitimum esse irregularē, nisi sit Religiosus, quia tunc potest ordinari, sed non promoueri ad Praelaturam, vt quoad omnia hæc constat ex cap. 1. de Filiis Presbyterorum. Quod verum est, vt contra Castro docent communiter Doctores, quamvis id sit occultum, vt deducitur ex c. *Nisi cum pridem. 10.* de Renuntiatione.

Dicitur autem illegitimus, qui procreatus est ex parentibus inter quos non erat matrimonium validum. Excipitur proceatus ex parentibus inter quos matrimonium fuit nullum ob aliquod impedimentum, quod fuit bona fide saltem vnius contractum, & in facie Ecclesiæ, qui est legitimus, vt constat ex cap. *Cum inter. 2. & ex c. Ex tenore. 14.* Qui filii sint legitimi: & qui natus fuit illegitimus, legitimatur, si subsequatur matrimonium inter eius parentes, inter quos non erat impedimentum dirimens quando concepientur, vt constat ex cap. *Tanta. 6.* Qui filii sint legitimi. Irregularitas hæc ex illegitimatione proueniens, diciatur irregularitas ex defectu natalium.

Est tamen difficultas, An in dubio, an quis sit illegitimus, censeri debeat irregularis.

Auila. Egidius. *56*
A uila disp. 3. dub. 10. & Egidius dub. 12. negant, quia in dubio nemo debet condemnari, nec a se, nec ab alio: imò addunt, filium publicè presumptum legitimū non teneri credere matrem dicenti esse illegitimum, nisi alia circumstantiae probent.

Vasquez. Couarrua. Toletus. *57*
Vasquez verò 1.2 disp. 66. nu. 48. Couarrua & Toletus lib. 1. cap. 52. affirmant, & merito, ne se exponat periculo faciendi contra prohibitionem irregularitatis.

Quod autem dicitur, neminem in dubio esse condemnandum, tantum est verum de pura condemnatione seu poena, non verò de condemnatione seu poena qua est prohibito, ob rationem dictam.

Vnde expositi censendi sunt irregulares, vt contra dictos adulterarios, & contra alios docent Vasquez & Toletus.

DIFFICULTAS XVII.

Vtrum seruus seu mancipium sit irregularis.

C onueniunt Doctores, seruos seu mancipia non posse ordinari ante manumissionem, vt constat ex distinct. 54 & ex tit. de Seruis non ordinandis. Si tamen seruus ante manumissionem ordinetur domino sciente, & non contradicente, statim fit liber, vt constat ex can. *Si seruus.*

distinct. 54. Imò si ordinetur Diaconus aut Presbyter, quamvis domino incho, fit liber, vt constat ex can. *Ex antiquis.* distinct. 54. quod in cap. *Miramur. 7.* de Seruis, etiam extenditur ad Subdiaconum. Episcopus pater tamen fraudis conscientia duplum reddere domino, & Episcopo adiutetur qui Episcopum ad id induxit, si fraudis fuerint conscientia, vt constat ex can. *Si seruus absentia.* distinct. 54. Quod si nullus pater spinferuum sit in culpa, si non fit Presbyter, teneatur vel substitutum conferre, vel iustum precium alia restituendis est domino in scrutacem: imò Presbyter sit, priuandus est peculo; & si peculo caret, teneatur satisfacte in ministerio suffici, vt constat ex can. *Frequens.* & ex can. *Ex antiquis.* distinct. 54.

DIFFICULTAS XVIII.

Vtrum obligatus ad ratiocinatio irregularis.

C onueniunt Doctores, obligatos ad ratiocinio non posse ordinari ante defensionem officii, & ante rationem redditam, vt constat ex c. *verso de Obligatis ad ratiocinio.* & ex can. 3. dist. 54. Dicuntur autem obligati ad ratiocinio, qui exercit officium publicum secularium, vel administrationem publicam rerum secularium, vt Iudices, Tabelliones, depositarii publici, notares, curatores, & procuratores, qui tenentur rationem reddere vel actionum quas fecerunt, vel rerum quae administrarunt, qui dicuntur Curiales, & sub his nomine prohibentur ordinari can. 2. & 3. distinctione 51.

Excipiunt Toletus libro 1. cap. 60. & plures alii, vt ordinari posset deferre officio ante usum redditam, & qui exercerunt administrationem circa personam priuatam, vt tutori, nisi ei obiciatur coram Iudice fratre, seu dolo. Imò tamen eos excipiunt, vt aduerterentur sententia disputatione 51. sect. 3. quia in dicto capitulo, vt ordinari possint, vtrumque requirunt distincte in quocumque officio, ex quo ostendit ligatio redditandi rationem, vt pater ex ipso contextu in quo ponitur exemplum in utroque curatore.

Prædicti tamen post defensionem officii, & rationem redditam possunt ordinari ante solutionem debiti pecuniarum relieti ex officio; quia solido nullibi requiritur.

Addidimus, officium secularium, vel administrationem rerum secularium; quia Iudices & officiales Episcoporum, & administratores rerum Ecclesiasticarum, imò rerum piarum, quamvis secularium, vt sunt res personarum ministerialium, ordinari possunt, in quo Doctores conueniunt, & deducuntur ex can. ultimo, distinct. 86. & ex can. distinct. 88.

Vnde tamen receptum est, Confiliarios Regum in tribunib[us] ad iudicandas causas civiles possunt Ordines promoueri, & promoto[rum] idem officia exercere.

Conueniunt Primo Doctores, neophyti (id est recenter baptizatos in adulta aetate) non posse ordinari, ut deducitur ex can. 1. & 2. dist. 48. & ex can. *Nephys*. distict. 61. quod est verum etiam quod Ordines minores, ut contra Toleatum libro 1. cap. 64. & contra alios aduentur Aula disputatione 4. dub. 4. Suarez & alij, & deducitur ex dicto can. *Nephys*. Dicitur autem adultus recenter baptizatus (& consequenter neophytus) ille, post cuius conversionem nondum sunt transacti decem anni; quia iste talis non potest dici conuersus ante multum tempus, sed recenter: potest tamen neophytus, adhuc neophytus, id est intra decem annos, ordinari, si post aliquod tempus sui Baptismi ita profecit in fide & in moribus, ut arbitrio Episcopi sit quasi veteranus Christianus, ut significat Toleatus, & deducitur ex dicto can. *Nephys*. Post decem verò annos à suo Baptismo definit esse irregularis, sicut definit esse neophytus.

Conueniunt Secundò illiteratos seu ignorantes non posse ordinari, ut constat ex can. *Illiteratos*, dist. 36. & ex cap. *Cum in canticis*. 7. de Electione, & ex cap. vlt. de Tempor. ordinat. in 6. & consequenter semel ordinatos, quamvis bona fide, non posse Ordines exercere, qua prohibentur ordinari ob exercitium seu usum Ordinum, quem illiterati non possunt decenter efficere. Quæ autem scientia ad primam tonsuram & ad quemlibet Ordinem prærequiratur, traditur in Tridentino scilicet 2.3. cap. 4. & 13. & 14. de Reformatione.

Conueniunt Tertiò, ob penitentiam solemnem incurri irregularitatem, ut constat ex can. *Placuit*, & ex c. *Quicumque* dist. 50. & ex can. *Paniemtes*, dist. 55. & ex can. *Infames*. causa 6. Quia tamen penitentia hæc iam non est in usu, ideo irregularitas hæc iam non habet locum.

Conueniunt Primo Doctores, in rigore per Baptismum nullam tolli irregularitatē, quia ante Baptismum nulla incurritur (quamvis ante ipsum sit defectus, & committantur crimina ob quæ fertur irregularitas contra baptizatos) quia irregularitas est impedimentum Ecclesiasticum, quod nondum baptizatos non afficit, cùm non sint Ecclesiæ subiecti.

Nihilominus qui ante Baptismum contraxit defectum aliquem, ob quem imposita est baptizatis irregularitas, ut defectum Sacramenti, aut lenitatis, aut infamiam Iure ipso annexam officio, aut punitioni publicæ, si talis defectus post Baptismū perfuererit, sit statim post Baptismum irregularis, cùm post Baptismum habeat talem defectum, & iam sit capax irregularitatis, quod di bigamo definitū est in can. *Si quis viduam*. dist. 34. Et ob eamdem rationem Iudex, aut miles, qui ante Baptismū contraxit defectū lenitatis occidendo aut mutilando, sicut post Baptismū irregulares, ut cōtra Sayrū 1.7.c. 13. & contra Aulā dist. 10. du. 2. docent Villadiego c. i. verl. *Deinde quaro*. & alij; quia scilicet post Baptismum perfuerat defectus lenitatis.

Qui verò ante Baptismum commisit delictum,

ob quod lata est irregularitas, non fit irregularis post Baptismum, quod de homicida iniusto supponitur in can. *Si quis viduam*. dist. 50. & generaliter de omni delinquentे in can. *Si quis viduam*. dist. 34. & satī congruenter, quia ut in hoc canone dicitur, in Baptismo omnino dimittuntur delicta. Excipimus tamen delicta ob quæ fertur irregularitas non ob ipsa criminis secundum se, sed ob ipsam infamiam eis Iure annexam (quale est crimen laicæ Maiestatis) quia eis delinquens fit irregularis, quia post Baptismum manet affectus infamia Iuris ob quam lata est irregularitas, & non ob ea criminis secundum se. Quam exceptionem Suarez dist. 48. scilicet 2. extendit irregularitatem, *Suarez*. ortam ex infamia Iure annexa officio & punitioni, quando non baptizatus eam infamiam contraxit degens inter Christianos Iure Christianorum, non quando eam contraxit degens inter non baptizatos eorum Iure, quia infamia hæc pro nihilo sit habēda.

Conueniunt Secundò Doctores, professione solemni, aut alio equivalente (ut emissione trium votorum simplicium in Societate Iesu post biennium) quo quis verè efficit Religiosus, tolli irregularitatem proueniēt ex defectu natalium, seu ex illegitimatione, non quoad Praalaturam, sed quoad Ordines, ut constat ex c. 1. de Filiis Prelbyterorū, quod Sotius dist. 25. q. 1. ar. 3. & alij ex consuetudine extendunt ad omnem irregularitatem, excepta homicidij voluntarij, & bigamia, sed absque sufficiente fundamento, & idē communiter Doctores oppositum tenent. Verum est, statu Religioso faciliorem effici dispensationem cuiuscumque irregularitatis, ut deducitur ex cap. 2. Qui Clerici vel voquentur.

Conueniunt Tertiò, omnem irregularitatem tolli dispensatione superioris, quam summus Pontifex potest absque dubio concedere, quia omnis introducta est Iure tantum Ecclesiastico, in eo autem omni Pontifex dispensare potest.

Episcopis autem in Tridentino scilicet 24. c. 6. de *Reformatione*, conceditur, ut possint dispensare in omnibus irregularitatibus proueniētibus ex delicto occulto, excepta proueniēt ex homicidio voluntario directe, seu ex proposito, & exceptis iam deductis ad forum contentiosum: quod nonnulli extendunt ad irregularitatem proueniēt ex defectu occulto natalium, quia proueniēt ex delicto occulto parentum; sed absque fundamento, quia non proueniēt nisi ex puro defectu; quia quāuis parentes filium illegitimum sine peccato in amentia generarent, etiam fieret irregularis.

Potest ergo Episcopus dispensare in irregularitate proueniēt ex mutilatione occulta, quamvis ex proposito facta, ut declaravit Congregatio Cardinalium, quia mutilatio distincta est ab homicidio; & etiam in irregularitate proueniēt ex homicidio casuali: ceteretur tamen casuale non tantum quod est indirecte commissum, sed etiam quod est commissum directe excedendo moderamen inculpata tutela, & etiam quod est commissum ex subita ira, quamvis directe & plenē voluntarij; & tale etiam quod dispensationē reputant nonnulli homicidium factū legitima auctoritate, sed absque fundamento; quia istud non proueniēt ex delicto. In irregularitate tamen ex hoc homicidio proueniēt dispensare possunt, qui habent privilegium dispensandi in omni irregularitate, excepta ea quae oriuntur ex bigamia, &

67 ea quæ oritur ex homicidio voluntario; quia per istud homicidium intelligitur homicidium iniustum. Potest quoq; Episcopus dispensare cum illegitimo ad minores Ordines, & ad beneficium simplex, cui non sit annexus Ordo sacer, vt constat ex cap. 1. de Filiis Presbyterorum.

*Auila.**Trident.**Henriquez.
Auila.**68**Auila.*

Nomine autem Episcopi, vt adiutavit Auila dis- put. 10. dub. 5. etiam intelliguntur Abbates aut Priors, qui in diœcesi aliqua habent iurisdictionem Episcopalem; quia absolutio & dispensatio de quibus loquitur Tridentinum, pertinet ad potestatem iurisdictionis, quam habent prædicti; & non intelliguntur Pratali Religionum erga suos subditos, nec eo indigent, quia habent specialia priuilegia ad id.

Et nomine delicti occulti in dicto decreto, vt docent Henriquez lib. 14. c. vlt. & Auila disp. 10. dub. 6. intelligunt id quod distinguitur à publico; ac proinde occultum in eo dicitur, quod quamvis sit probabile per testes, non tamen est publicum, quia nec est notorium, nec manifestum, nec famosum; quia quando non est publicum, cessat scandalum, quod dicta limitatione vitare intendit Tridentinum. Notorium dicitur, quod est notum aut confessione rei in iudicio, aut sententia Iudicis irrevocabili, aut evidentiâ facti, qua evidens est majori parti vicinia aut communis, in qua ad minus habitant decem. Manifestum dicitur, de quo est fama in maiori parte vicinia aut communis, orta à scientibus. Famosum vero, quando est fama in maiori parte dictæ communis, orta non ex scientia, sed ex indicis & presumtionibus.

Et nomine irregularitatis deductæ ad forum contentiosum, in qua nequit Episcopus dispensare, intelligitur illa, super qua aut super cuius delicto trahitur quis ad tribunal, quounque absolvatur ab instantia. Addit autem Auila dub. 7. Episcopum posse dispensare in irregularitate, postquam iudicium est finitum, & delictum puniunt, licet iam ob id supponatur delictum notorium, & merito; quia tunc dispensatione irregularitatis non turbatur tribunal Iudicis, quod vitare intendit Tridentinum dicta exceptione.

Observandum est, non eo ipso quod in Bulla Cruciatæ, aut in Jubileis, aut in aliis priuilegiis

conceditur facultas absoluendi à quibusvis censuris, & penis, & sententiis, concedi facultatem tollendi irregularitatem, non solum eam quæ contrahitur ex defectu (in quo omnes conveniunt) sed neque eam, quæ contrahitur ex delito, ut contra Cordubam in Summa q. 28. & contra alios adiutunt Henriquez libro 14. cap. 17. & Villad. cap. ultim. tum quia irregularitas, cum non sit integrum seu vinculum potestatis, seu potius qualis potentia, non tam aufert solutione seu absolutione, ad quam tantum conceditur facultas in dictis priuilegiis, quam dispensatione: tum etiam quia irregularitas, etiam quæ prouenit ex delito, non est censura, nec pena, vt diximus Diffic. 1. ne sententia, quia solo Iure inducitur seu fertur, & non verâ sententiâ.

Tandem irregularitas cessare potest ablique dispensatione, & ablique ablatione, solo lapsu temporis, cessante causa ob quam incurta est, vi irregularitas ex infamia facti, que cessat mutatione vir aut loci, & etiam irregularitas ex infamie loci, hac per sententiam aut alter euaneat, & irregularitas ex defectu corporis, & ex mortuo, que cum cessat cessante eo defectu & ex morbo (excepta quæ prouenit ex morbo caduco, & ex funere, nisi dispositionis organorum, & peculiares dispositionem Iuris in can. 3. 4. & 5. diff. 3), & irregularitas ex feruitute, & irregularitas ex obligatione ad ratiocinio, quæ etiam cessant celatione feruitute & dicta obligatione; & irregularitas illegitimatione cessat eo ipso, quod illegitimatione cessat per subsequens matrimonium. Irregularitas quoque proueniens ex defectu animi, & ex defectu scientiae, cessant per legitimam etiam, & per acquisitionem scientiae; & irregularitas proueniens ex eo quod sit quis recenter baptizatus, cessat lapsu decem annorum, quo definitoriter recesserunt baptizatus, & sic de aliis.

Illa vero irregularitas non cessat solo lapsu temporis, sed tolluntur, & non ablique dispensatione, quorum causæ non cessant ut irregularitas que incurritur, aut ex eo quod quis committit aliquod crimen, v.g. homicidium, vel heresim, vel reiterationem Baptismi, vel exercitum Ordinis, statu censura, aut ex eo quod occidit vel mordit auctoritate publica, vel fuit bigamus, & sic de aliis.



INDEX